



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lilivm Inter Spinis

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, 1627

Cap. XXX. Magna precum instantia caput vnum SS. Virginum obtinuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43032

ces suas tanta dixit alacritate commo-
tas, hæc eas cum tanta hilaritate mul-
toties asseruit repetijſſe, vt & ipſe hæc
nobis referens mira iucunditate & oris
& animi moueretur. Vnde & pro il-
lius auditu, quo illi dedisti gaudium
& læticiam; & pro auditu meo, quo
mihi ex ore beati I O S E P H veritatem
hanc reuelare dignatus es, benedico te,
ô Domine I E S V.

CAPVT XXX.

*Magna precum instantia caput vnum
SS. Virginum obtinuit.*

V E R I T A T E M quoque duorum
miraculorum ſequentium, tuo,
ô Frater chariſſime, audeo testimonio
comprobare: neque enim tu dicendo,
ſed nec ego ſcribendo veritatem of-
fendam: te dicente, quæ ſciſti; & me
ſcribente, quæ nescientem per os tuum
agnoscere voluiſti. Accidit, Dei nutu,
aliquando beatum Virum fuiſſe præ-
ſentem,

sentem, vbi illum nobilissimum the-
 saurum, in agro terræ absconditum,
 & illas pretiosissimas margaritas (Reli-
 quias dico Virginum beatarum) con-
 tigit inueniri. Inuētum fuit tunc tem-
 poris inter cetera, sed præ ceteris ama-
 bile, corpusculum Virgunculæ paruu-
 læ, cuius caput accipiendi summo I O-
 S E P H, virgo & ipse, desiderio fere-
 batur. Ad eas igitur, quibus Reliquia-
 rum sanctarum cura commissa fuit,
 & præcipuè ad Abbatissam, pro ca-
 pite puellulæ supplicaturus accessit;
 humillimè & instantissimè supplica-
 uit; quæcumque potuit fauorem con-
 ciliantia intermiscuit verba, sed repul-
 sam patitur obstinatè. Sæpiùs preci-
 bus retentatis, cùm nihil proficeret;
 dicētibz illis, quòd Reliquiarum so-
 dalitatis eiusdem, si veller, sibi copiam
 ministrarent; illud verò corpusculum,
 & caput præcipuè, à se nulla posse ra-
 tione diuelli: tulit ille repulsam æger-
 rimè; & humano deficiente subsidio,
 diui-

*Sanctarum
 Virginum
 reperiun-
 tur Reli-
 quia.*

diuinum sensit auxilium imploran-
dum. Petiuit ergo, vt secundum
consuetudinem suam, in eadem Ec-
clesia sanctarum Virginum, sacrosan-
cta permitteretur mysteria celebrare:
intra quæ, tanta se Domino & sacris
Virginibus deuotione prostrauit; vt
certus fieret (siue reuelatione, siue in-
spiratione, nescio) se, quod petierat, ac-
cepturum. Nec mora. ab altari rece-
dens ad Abbatissam accessit: quæ
præfatum caput Capellæ propriæ in-
ferri præceperat, pro specialibus illud
Reliquijs habitura: & primis precibus
replicatis, ipsam tam mirabiliter mu-
tatam inuenit; vt offerendo, quod an-
tè tam durè negauerat, etiam præue-
nire videretur humilitatem petentis.
Accepto igitur tam desiderato thesau-
ro, fulgidam ad nos detulit margari-
tam; & quòd Gertrudis nomen habe-
ret (sicut ei fuerat reuelatum) nobis
congratulantibus reuelauit.

*Nota
quam IO-
SEPHI
preces effi-
caces.*

CA-